



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.XXIII. Sancti Patris Benedicti. M.XLIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

didit, Decessit hoc anno, cujus defuncti manum osculatus Venerabilis Justinianus Bergomensis, illico gravi dentium dolore est liberatus, nihil deinceps morbi seu doloris ejusdem persequentens. *Ex Vita, & Augustino Florent. Arnoldo Duaceno & scripti. Camaldul.*

IESU CHRISTI ANNUS. M.D.XXIII.
Sancti Patris Benedicti. M.XLIII.

In valescentibus nimium per Germanias Hæreticis, ipsisque inter se dimicantibus, unanimitè tamen Catholicos impugnantibus & persequentibus, rerum Ordinis pro virili fatagunt Bursfeldenses nostri diversosque Conventus celebrant, quibus non solum solertissimè disciplina cavent, sed vel maximè, cum & Monasteriorum ejusdem Congregationis magnus esset numerus, & plerique amplissimas possiderent ditaciones, quomodo caveatur subditis, ne pravis Hæreticorum dogmatibus infecti perverterentur; & hoc non sine fructu maximo, & immortalis Germaniæ & Romani Ecclesiæ merito, cum vix aspiciam fideles felicitus & certius in fide, quàm qui subditi Religiosus erant, continerentur, etsi nonnulli etiam seditione universali deinceps rusticorum, prædæ potius intuitu, quàm fidei contemptu neglectique in transversum se rapi paterentur, communiquè turbine rebellionis involverentur. Placet pro rei dignitate, catalogum Bursfeldensis prædictæ Congregationis Canobiorum attexere, ex quo meritum quoque æstimes tot majorem partem subditorum in fide avita & Romani Ecclesiæ retentorum.

Bursfeldensis Congregatio
hæc meretur.

Eiusdem
Congregat.
Canobiorum.

1. Bursfeldense ipsum, etsi plerisque alijs subditorum frequentia minus potens pro reverentia tamen tantorum inde emergentium honorum & meritum, ante alia nominandum & celebrandum.
2. Beata MARIE Virg. in Clusa Diocesis Hildesheimensis in Ducatu Brunsvicensi ubi primùm capta Reformatio est, & Bursfeldam translata.
3. S. Matthei prope Treveros insignè admodum Monasterium.
4. S. Joannis Evangeliste in Cismaria. ¹⁴³³
5. SS. Cosmæ & Damiani in Husberg, sive Hilsberg Diocesis Halberstat. 1444
6. Beate Mariæ Virginis ad Martyres Treverensè.

7. Mons sanctorum Petri & Pauli Erfurdensè.
8. S. Jacobi Apostoli prope Moguntiam.
9. S. Panthaleonis celebre admodum in Urbe Colonensi.
10. S. Martini Episcopi & Confessoris Colonia.
11. S. Michaelis Archanzeli Hildesheimensè
12. S. Joannis Baptistæ in Bergen prope Magdeburgum.
13. Sancti Pauli prope Bremam.
14. Sanctorum Christophori & Maurij in Hoburg Diocesis Moguntina.
15. Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli prope Mersburg.
16. Munch-Neuuenburg in Ducatu Saxonie. 1456.
17. S. Christophori in Rheinhausen Diocesis Moguntinensè.
18. S. Joannis Baptistæ in Reingovia Diocesis Moguntina.
19. Sancti Georgij prope Neuuenburg.
20. Sanctorum Petri & Aurelij Hirsau-giense Diocesis Spitzensi in Wirtemberg.
21. Gottisaugia vulgo Gotsauw in Marchionatu Badensi.
22. Sanctorum Maurij & Simeonis in civitate Mündensi.
23. Wiblingen sive Wülingen in Suevia & Diocesi Constantiensi.
24. SS. Petri, Pauli & Georgij in Schwarzach Diocesis Argentinen-sis.
25. Sancti Stephani Herbipoli in Franconia &c.
26. Sancti Florini in Schönauw Diocesis Trevirensis.
27. S. Blasij in Northeim Diocesis Moguntinensis.
28. SS. Cosmæ, Damiani & Simeonis Iusti in Lisborna Diocesi Monasteriensi.
29. Jfsenburg Diocesis Halberstatensis.
30. Sancti Gouhards Hildesheimensè.
31. S. Michaelis in Monte Monachorum prope Bambergam Franconia.
32. S. Landvini in medio Lacu Diocesis Trevirensis.
33. Beatissima Matris Virginis in Posavia.
34. S. Clementis in Jburg Diocesis Osna-bruzensis. 1468.
35. Conradesburg.
36. Cella MARIE; olim Elsen, Diocesis Lubecensis.
37. Scinnense Monasterium in Diocesi Mündensi.
38. Sanctorum Petri & Pauli in Ames-leber.

39. San-

B E N E D I C T U S

- 48
39. Sancti Laurentij in Uraugia.
40. Sancti Nicolai in Braunwiler prope Coloniā Agrippinā.
41. S. Laurentij in Osbruck prope Trajectum Inferius.
42. S. Martini Trevirensis.
43. Fleckendorff Diæcesos Paderbornensis.
44. S. Pauli (alias S. Catharina) in Siloe prope Gröningen Diæc. Traject.
45. Clara Aqua Diæcesos Trajectensis.
46. S. Pauli Ultrajectense.
47. Offenbach in Palatinatu.
48. Mons sancti Remigij in Diæcesi Moguntinensi.
49. S. Martini in Spanheim Diæcesos Maguntinensis.
50. Sancti Laurentij in Hilderleben Diæcesos Magdeburgensis.
51. S. Michaelis in Luneburg Diæcesos Werdensis.
52. Beata MARIÆ Virginis in Lacu Diæcesos Trevirensis.
53. Sanctorum Petri & Pauli in Abdinghofen 1477.
54. Sancti Michaelis prope Velsdorff.
55. Sancta Felicitatis Martyris in Schwarzach.
56. Münchaurach Diæcesos Bambergensis.
57. Marie Münster Diæcesos Paderbornensis. 1480.
58. Sanctissime Crucis & B. M. V. Limburgense.
59. Sancta Walpurgæ Diæcesos Argentoratensis.
60. Sanctorum Marcellini & Petri in Selingenstätt.
61. Albersbach in Ducatu Wirtenbergensi.
62. Weissenburgense Archisterium in Diæcesi Spirensi.
63. Oldenstätt in Ducatu Luneburgensi Diæcesos Werdensis.
64. Radsteden in Comitatu Aldeburgensi.
65. Oldenleben in Diæcesi Moguntinensi.
66. S. Nicolai in Lampurg Diæcesos Herbipolensis.
67. S. Jacobi in Pagavia Diæcesos Merseburgensis.
68. Monchroden Diæcesos Herbipolensis.
69. Ballensteden Diæcesos Halberstadenfis.
70. S. Maurij in Toletia Diæcesos Trevirensis.
71. Oratorium Dacia in Dania Diæcesos Aurasiensis.
72. Pronauw in Landgraviatu Hassia Diæcesos Trevirensis.
73. Beata MARIÆ Virginis in Schuttern Diæcesos Argentincensis.
74. Odenheim Diæcesos Spirensis.
75. Reinsdorff in Comitatu Everfordensi.
76. Sancti Hereberti in Tutio e regione Urbis Coloniensis.
77. S. Adalberti in Egmunde Diæcesos Harlemensis.
78. Beatissima Matris Virginis in Secina Diæcesos Moguntinensis.
79. Quthweimense Monasterium in Dacia.
80. Wimmellburgense Diæcesos Halberstadiensis.
81. Breidenauw in Hassia Diæcesos Moguntinensis.
82. Pafsch in Regno Bohemia.
83. Königslautern Diæcesos Halberstadenfis.
84. Beata MARIÆ Virginis & Joann. Evangelista in Reinhartzborn.
85. S. Adolphi in Himelis sive Stauria in Frisia occidentali Diæc. Leovardensis.
86. Haffsaugen in Hassia Diæcesos Moguntinensis.
87. S. Viti Corbeiensis in Saxonia. 1505.
88. Sanctorum Petri & Exuperij Gemblacense.
89. Beata MARIÆ Virginis Munsterense Luxemburgi.
90. S. Alexandri in Graffschafft Diæcesos Coloniensis. 1508.
91. Haffsfeldt sive Harsfeldt Diæcesos Bremenfis.
92. S. Pauli (alias Beatissima Matris Virginis) in Stadis.
93. Burgelense, de quo nil prater nomen.
94. S. Viti in Gladbach Diæcesos Coloniensis.
95. Cloister Mansfeldt in Comitatu Mansfeldensi.
96. S. Jacobi Herbipolensis Diæcesos in ipsa urbe.
97. Hugeshofen Diæcesos Argentoratensis. 1513.
98. Brettingense Diæcesos Moguntinensis.
99. Sancti Andreae prope Brugas Flandria. 1516. an. 7.
100. Hillmershausen Diæcesos Paderbornensis.
101. Maurmünster Diæcesos Argentoratensis. 1517. ad longum receptum.
102. SS. Petri & Pauli in Afflighemio Diæcesos Mechliniensis.
103. Sancti Salvatoris (alias B. M. V. in Eina) Diæcesos Cameracensis.
104. Sancti Hieronymi in Halsburg Geldria.
105. Wernerodense in inferiori Germania.
106. Beatissima Maria Virginis in Gengenbach Alsatia.

Bursfel-
densis Con-
gregations
Monasteria

Juan
ba
col

- 106. *Beatisſimæ Mariæ Virginis in Gen-
genbach Alſatia.*
- 107. *S. Trudonis in Haſſania Diœceſeos
Leodiſiſis.*
- 108. *SS. Petri ac Pauli nec non S. Medar-
di in Flierbach, prope Lovanium.*
- 109. *SS. Titi & Modesti in Theris Diœce-
ſeos Herbipolenſis.*
- 110. *Eberheim Münſter, olim Novientiu-
num in Alſatia.*
- 111. *SS. Petri, Pauli & Georgij in Schwart-
zach Diœceſeos Argentoratēſis.*
- 112. *SS. Euthonis & Landelini in Etten-
heim-Münſter.*
- 113. *Sancti Cyriaci in Altorff, in Alſatia.*
- 114. *S. Dionyſij in Bantz Diœceſeos Bam-
bergenſis in Franconia.*
- 115. *Aurauſia Diœceſeos Herbipolenſis pro-
pe Kitzingam ad Saalam.*

Hucusque cathalogus Monasterio-
rum. Congregationis Bursfeldenſis,
quæ omnia. Hæreſibus perditiffimo
hoc tempo re conſtanter obnixa, ut
pleraque potentia erant & amplis
ditionibus imperantia, magnam om-
nino partem Germania in fide Roma-
næ Eccleſiæ, cum vitæ exemplo op-
timum, tum ipſo ſupremi Domini jure
retinuere, donec invaleſcente in vi-
nos Principes Veneno Hæreſeos, mul-
ta violenter oppreſſa & ingens Reli-
gioſorum numerus [paucis, ſi cum
tanto exulum pro Chriſto compares,
carni & Dæmoni manus dantibus] ni-
hil non injuriarum, pro Religione Or-
thodoxâ perpeſſi, hoc ipſo etiam im-
mortalibus ſe meritis Eccleſiæ & cœ-
lis ipſis commendarent.

Mortalibus valedicit hoc anno e-
gregius vitæ ſanctioris promotor Ve-
nerabilis Joannes Goſſelet Abbas Ma-
ricollenſis, Monasterij celeberrimi ad
Helpram fluvium ſui in finibus Han-
noniæ, alter illius Fundator, ob egre-
gias Virtutes & magna merita, Maxi-
miliano I. Imperatori dilectiffimus,
quem & inſigniter demeruit, cujus fi-
liam à Carolo VIII. Galliarum Rege
repudiatam, deluſis inſigni ſtratage-
mate Francis in Belgium reduxit, &
Auguſtiſſimo parenti, non ſine mag-
no honorum plaufu reddidit.

Quo ipſo anno Conradus etiam
Abbas S. Martini Trevirenſis, haud
impari gloria Præful è vita exceſſit,
& immortale ſui deſiderium ſuis reli-
quit.

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D . X X I I I .
Sancti Patris Benedicti. M. XLIV.

I mmortali Ordinis Benedictini glo-
ria & merito, ſummo juxta Eccle-
ſiæ omniumque fidelium fructu, ju-
vantibus & plurimum promoventibus
ſuffragio & meritis jam in cœlos re-
cepti Beati Michaelis noſtri Florentini,
Coronæ Domini, ſive Roſarij atatis
Chriſti uſus, longè latèque propaga-
tus invaleſcit; Fidelibus vel maxime
celebrata paſſim Inſtitutoris ſanctitate
pellectis, & Pontificio juxta Indulto,
quo Michaelẽ ſolemniter inter Bea-
tos retulerat Leo X. Pontifex Maxi-
mus, ad majorem devotionem inci-
tatis, ut eo quiſque Roſario ſeu Coro-
na, Numinis demereri gratiam, om-
nẽmque Chriſti Vitam tali compen-
dio recollere pro virili quotidie ſata-
geret. Adeo, ut inter præclariffima
Ordinis merita tanto dignius hoc In-
ſtitutum referatur, quanto majore tot
millium provinciarum, nedum homi-
num, fructu & emolumento, conſtat
in totum terrarum Orbem propaga-
tum. Viſum haud abs re eſſe ſi Ponti-
ficias litteras, licet jam ante ſeptenni-
um datas hic quoque inferamus.

CoronæCa
mald u-
ſus longe
propaga-
tur.

L E O E P I S C O P U S S E R V U S S E R-
vorum D E I U n i v e r ſ i s & ſ i n g u l i s C h r i-
ſti F i d e l i b u s p r æ ſ e n t e s l i t t e r a s i n ſp e-
c i u r i ſ S a l u t e m & A p o ſ t o l i c a m
B e n e d i c t i o n e m .

Leonis X.
Diploma
ſuper Roſa-
rio Ca-
malda.

Nuper nobis fide digna relatione in-
notuit: quod euidam ſeniori Eremita in-
tra unius Cella anguſtias jam quindecim
annos in ſacra Camaldulenſi Eremita in
magna vitæ aſteritate recluſo, commoran-
ti, Domino, ut credere pium eſt, inſpiran-
te, à quo omnis recta procedit cogitatio, in-
mentem venit, quod in honorem Salva-
toris & Domini noſtri I E S U Chriſti, fi-
deliumque devotionem cedere poſſet, ſi quem-
admodum ex antiquiſſima valdeque com-
muni inſtitutione Chriſti Fidelium in hono-
rem Beatiſſimæ M A R I Æ Virginis, ſecun-
dum numerum annorum, quos vixiſſe in
hoc mundo creditur ſexaginta tres Ange-
licas Salutationes, ſeptem interpoſitis Do-
minicis Orationibus, devotè dicere ſolent:
quod Orationis genus Coronam Virginis
vocant, ita in honorem Domini noſtri Ieſu
Chriſti, pro commemoratione annorum,
quibus ipſe in terris verſatus eſt, ex tri-
ginta tribus Dominicis Orationibus, quin-
que

Monasteria
hæc multos
in fide retin-
erunt.

Joan. Ab-
bas Mari-
collenſis.